

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta :** 5474

**Auteur(s) :** Raoul Grosparmi, légat pontifical, Albano (évêque)

**Bénéficiaire(s) :** Coutances (chapitre cathédral)

**Genre d'acte :** lettre

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** 1269, 6 août

**Lieu d'émission :** Coutances

**Action juridique :** règlement conflit

**Langue du texte :** latin

## Analyse

L'évêque d'Albano et légat apostolique Raoul [Grosparmi] fait savoir au chapitre de Coutances qu'il a réglé le conflit entre lui et l'abbaye de Troarn. En effet, l'abbaye de Troarn a donné au prieuré de Brewton les possessions qu'elle détenait dans le diocèse de Bath et le prieuré a donné en échange ce qu'il possédait dans le diocèse de Bayeux et de Coutances. Or, le prieur de Brewton possédait une prébende dans le chapitre, droit que le chapitre refusait à l'abbé de Troarn. L'évêque d'Albano décide que l'abbé de Troarn sera prébendé du chapitre de Coutances mais qu'il ne pourra pas participer à l'élection de l'évêque.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

- a. Piolin Paul, Sainte-marthe Denis de, *Gallia Christiana in provincias ecclesiasticas distributa*, t. XI, Paris, Palmé, 1874, n° XLII, col. 99.
- b. Fontanel Julie, *Le cartulaire du chapitre cathédral de Coutances*, Saint-Lô, Archives départementales de la Manche (Sources inédites sur l'histoire du département de la Manche ; 1), 2003, n° 275, p. 414-415.

Texte établi d'après b

Radulphus, miseratione divina episcopus Albanensis, apostolice Sedis legatus, discretis viris capitulo Constantiensis, salutem et sempiternam in Domino caritatem. Cum religiosi viri, prior et conventus prioratus de Breuthonia, Bathoniensis diocesis, ordinis sancti Augustini, omnia que habebant in civitate ac diocesi Constantiensi cum quibusdam possessionibus quas religiosi viri, abbas et conventus monasterii Troarnensis, ordinis sancti Benedicti, Bajocensis diocesis, in prebenda Bathoniensis dyocesis habebant, imperpetuum commutassent, ad hoc venerabilis in Christo patris J[ohannis], Dei gracia Constantiensis episcopi, accedente consensu, et vos eis super canonia et prebenda quas dicti prior et conventus in vestra obtinebant ecclesia opposentes, ipsos non permetteretis eas pacifice possidere. Tandem, nobis super hoc interponentibus, pro concordia partes nostras, tam vos quam dicti abbas et conventus, de ipsius episcopi beneplacito, super hoc ordinationi nostre vos concorditer submisistis. Nos igitur, tam Constantiensis ecclesie quam ipsius monasterii utilitate pensata, ordinavimus et statuimus quod abbas et conventus predicti easdem canoniam et prebendam cum juribus omnibus que dicti prior et conventus habuerunt hactenus et quidam alii religiosi habent ad presens in Constantiensi ecclesia supradicta ibidem perpetuis temporibus habeant, sicut predicti prior et conventus habuisse noscuntur easdem, et eas sibi qua fungimur auctoritate contulimus et concessimus ab eis perpetuis temporibus possidendas. Nolumus tamen quod dicti abbas et successores ejus electionibus episcoporum Constantiensium intersint, sicut nec prior interfuisse dicitur supradictus. Quia igitur vos, occasione questionis super premissis habite, non leviam, ut asseritis, expensarum

onera subjistis, ordinamus, volumus et mandamus ut predicti abbas et conventus ducentas libras par. pro expensis hinc vobis solvant, centum videlicet in instanti festo Resurrectionis dominice et alias centum in eodem festo proximo subsequente, deponendas et convertendas in annum redditum pro luminaribus in ipsa Constantiensis ecclesia faciendis. In cujus rei testimonium, presentes litteras fieri fecimus et sigilli nostri munimine roborari. Actum et datum Constantiis, in palacio episcopi supradicti, octavo ydus augusti, apostolica Sede vacante, anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo nono.  
(Sous le repli :) Symon Anglicus.